



Exercise 2

TRANSCRIPTION



1. In nomine Sancte trinitatis et in dividue unitatis Amen Testamentum suum
2. non bene disponit qui terrenis tantum heredibus testatur et non facit
3. Christum sue substantie conheredem Innotescat igitur tam presentibus quam futuris
4. presentis pagine lectoribus quod ego Wlodiszlaus deii gratia Dux polonie fi
5. lius quandan odonis Ducis eiusdem principatus de consensu filiorum meorum premis
6. li et Boleslavi donavi hereditatem que wlgariter choritovo vocatur domui hos
7. pitalis sancti Johannis baptiste cum omnibus suis atinenciis cum omni utilitate et
8. libertate pacifice ac perpetuo possidendam sicut eam possedit patruus meus
9. pie recordationis Dux Vlodizlaus

Source URL: <https://dawnepismo.ank.gov.pl/en/cwiczenia-praktyczne/571/transkrypcja>